

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Eberhardus Bidembach]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

causâ utebatur die 14. Julij, Anno 1594. æt. 66. Ministerii 37. Concionem ejus funebrem habuit Joh. Magirus Præpositus Stuttgardianus ex Genet. XXV. 7-10.

Scripta.

Acta Concilii Oecumenici de Cœna. Germanicè Tübingæ. 1582. 4. & Latine Wittebergæ. Anno 1594. 4.

N. 1528. **E**BERHARDUS BIDEMBACH, SS. *Cl. 1565.* Theol. Doctor, Monasterii Beben-
Ob. 1597. hufani Abbas Evangelicorum primus, natalem suum habuit Grünbergæ in Hassia die 2. Julij, 1528. Patrem Johannem, qui 1534. Dei directione ex Hassia in Wirtembergiam venit, & Præfectus Brackenheimensis factus; Fratres vero notissimos, Balthasarem, Stuttgardiæ Præpositum, & Wilhelmum, Ecclesiæ Cathedralis Antistitem, cum quibus Erhardi Schnepffii hortatu, qui Parentes ejus familiariter sibi notos à Conventu Smalcaldico rediens, visitaverat, studiis consecratus, prima literarum fundamenta Stuttgardiæ sub cura ejusdem Schnepffii jecit; in Stipendium Illustre ex Singulari Ducis Ulrici gratia receptus eos studiorum fecit profectus, ut non tantum 1552. Diaconia Herrenbergensis, sed & 1557. Gradus Theologiæ Doctoris à Facultate Theologica, & 1558. Pastoratus oppidi Vayhingensis, cum Superintendencia illi conferretur; qua per biennium laudabiliter gesta 1560. Superintendentis Generalis munus cum Abbazia

Abbatia Bebenhusana & Consilarii Ducalis, nec non Assessoris statuum Provincialium dignitate adeptus est; quibus officiis magno cum Zelo, fide & constantia præfuit. An. 1596. Colloquio Ratisbonensi, quod cum Samuele Hubero Principum aliquot, maximè Wirtembergici jussu, instituebatur, intererat. Tori Sociam possedit, Sophiam, Joh. Brentii, magni illius Sueviæ Reformatoris filiam natu maximam, (a) cum qua Filium genuit doctissimum Eberhardum, Diaconiae Tubingensi adnotum, & SS. Theologiæ Candidatum, sed præ maturè An 1591. d. 21. Aug. mortuum. (b) Diligentia & dexteritate sua famam clarissimi Theologi meruit, (c) & Brentii Filium in operibus Patris edendis strenuè adjuvit, Tomum II. luculenta Præfatione exornans. (d) Vir de cætero sobrius, sedatus, honestus, pius, luxuriæ & fastus osor acerrimus, pauperum, imprimis Viduarum, Orphanorum & Exulorum consolator beneficus, Alumnorum non tam Præsul, quàm Pater fidelissimus. Testibus Nicod. Frischl. (e) aliisque discipulis. Spiritum Deo reddidit placida morte An 1597. d. 24. April. æt. 68. (f) Concionem exequialem habente Ulrico Bollingero Præceptore Coll. Bebenhuf. ex I. Thes. II, v. 11.

Scripta.

- (a) Erb. Cellius in Or. Joh. Brentio Juniori dicta. p. m. 37.
- (b) Epitaph. Tubinga extans.
- (c) Job. Fechtii Appar. Hist. Sec. XVI. p. m. 128.
- (d) Opp. Brentii Tom. II. & Cellius l. c. p. 43.
- (e) Libr. IV. Elegiar.
- (f) Aug. Brunii Libellus Synopt. pag. 41.